Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8132
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

eiusque melancolie. ut etiam nos lateat, aqua eius
nisi his signis, sui index fuerit. cutim eius
balneo, emendat. tremoremque cordis aufert
que etiam bibita, leticiam inducit Argenti
vero vngis. dicit serapio et avicenna secundo canonis
et halyabas quinto theorice. temperate infrigidat
et desiccat. Et in libro de viribus cordis dicit
avicenna. Cor confortare. quod fit aqua fuerit.
que ab eius minera oritur. dum purior atque
purior eius fomes fuerit. Ceterum illis minere
semper lapis lazuli miscetur. Propterea proprietatem.
aqua ab eis effluxe, melancolie conferunt Proinde
viride eris, et cupri. a pluribus plurime eius
conficitur. ex quorum abundantia, utrumque auri et
argenti evanescit. Et aque illic orte, minere
predominantis contrahunt qualitates

¶ Caput octavum. De aqua ferrea et enea. sive erea

Ferrea aqua. dicit avicenna secundo canonis
visceribus, splenis et stomacho confert
et colice, atque renibus bona est Et
in qua extinguitur ferrum, sanguinis convenit sputo
Et dixit Chizi. lapitudini stomachi conducit
Et tercio almansoris, magnitudini splenis,
optima est. Halyabas vero quinto theorice
dicit. Aqua orta a ferro ventrem incrassat